



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus M.D.X.V. Sancti Patris Benedicti. M.XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

fructu subsequente. Is illustrissima Justinianorum gente, apud Venetos ortus, Patre Francisco Justiniano, matre Paula de Maripetris editus, summa omnium admiratione, delicatissimus etiamnum adolescens, summæ Vitæ rigorem Camalduli professus est; quo in Archisterio, rarissima vita excellens sanctitate, plurimos ad sui imitationem, & mundi periculis, in portum securissimum Religionis pellexit, & ab interitu vindicavit. Quos inter Petrus Quirinus: Patricius Venetus, non minus eruditione quam Generis splendore spectatus Hebraica, Græca & Latinae linguae peritissimus, haud vulgaribus, autquam Monachum profiteretur Legationibus pro Republica perfunditus, qui Paulo nostro in Ordinis Reformatione, egregiam etiam operam navavit. Ita novum rursus lumen, ex Ordine nostro Italia affulit & Congregatio nostra Camaldulensis primæ redita sanctitati, exempla perfectionis eximia, omni, sequentia deinceps posteritati, utilissime subministravit. Ex Luce Eremi Romualdinus &c.

I E S U C H R I S T I A N N U S M. D. X I V .  
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i. M. X X X I V .

P Lures ex Ordine nostro, Cenobijs, eti vel maximè reluctantantes, extracti, ob eximia Vitæ merita, & super candelabrum positi magno cum Ordinis honore, nec minore diversarum Provinciarum utilitate, summo Regnorum diversorum, & Ecclesie Catholicae plausu & ornamento, Episcopatus diversos, sanctissimè atque utilissimè administrarunt. Eos inter, hoc maximè anno excellunt: Reverendissimus & Illustrissimus Antonius Boherius [de Bohier] Austremoni Baronis de Sanct. Cierque, ex Berardia Antonii Cardinalis à Prato sorore filius, ex Monacho celeberrimi Cenobijs SS. Trinitatis Fiscanensi, Bituricensis Archiepiscopus, Galliae Primas [idem iam ante, ob insignem virtutis famam, varijs honoribus cultus, muniberibus honoratus] summo omnium plausu creatus; & Fr. Ludovicus Mendez, ex Monacho sancti Domini de Silos, Episcopus Sidoniae renunciatus. Idem Abbas perpetius predicti sui Cenobijs confirmatus, meritissimus sanctæ Hispanicae Reforma-

Antonius  
Boherius  
Archep.  
Bituric.

Ludovicus  
Mendez  
Episcopus  
Sidoniae.

tionis propagator, Claud. Robertus, Joan Chenu. Anton. de Tepes Chron. Benedict. Alph. Cason & alij.

Extinguitur hoc eodem anno, haud vulgare Ordinis ornamentum, Joannes Raulinus, Universitatis Parisiensis Doctor & Professor clarissimus, Concionator Regius, sanctissimi illius, & innumerabilis sanctorum frequentia toto Orbe famosissimi Archisterij Cluniacensis in Majore Burgundia Cenobita Religiosissimus, Prior S. Dionysij Noganti, Epistolis & sermonibus editis, teste Claudio Roberto, celeberrimus, cuius eximia erga Deiparam, Coeli Reginam, Benedictini Ordinis Dictatricem devotione plurimum commendatur; ut & erga Parentem suam communem Religiosorum Patriarcham Benedictum, cuius laudes insigni studio & industria celebravit, multumque Ordini in conquiriendis Antiquitatibus contulit. Decessit autem sepultusque est Parisijs in Collegio Cluniacensi 16. Februarij hujus anni M. D. XIV. scripsit autem, præter multa alia, typis necdum vulgata Libros sequentes:

Sermones Quadragesimales. . . librum I.  
De Adventu Domini nostri. . . librum I.  
Doctrinale de Triplici morte, Naturali,  
Culpe & Gehenna. . . librum I.  
Itinerarium Paradysi. . . librum I.  
Qui omnes Venetijs tipo excusi in lucem prodierunt anno Christi. 1585.

I E S U C H R I S T I A N N U S M. D. X V .  
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i. M. X X V .

I Terum alia Reformatio, multo bonorum plausu, summâ REDIVIVI in suis filiis BENEDICTI parentis gloria instituta, & mox latius propagata, quâ amplissimum illud, Insula verè sanctæ Lerinensis Archisterium, ceteris plurimis exemplo & incitamento restitutum est, sub Augustino Grimaldo Abate, multis deinceps ejusdem propositum, & conatus, pio Zelo & emulatione Generosa consequentibus. Placer ex Vincentio Barali nostro, pauca de felicitate sacræ illius Insulae cognoscere, ut sanctissimo Patriarchæ nostro atque ejusdem Ordini, pro ejusdem possessione & tanto post Spiritus resuscitatione promptius & plausibilis gratulemur. Est igitur, inquit, nostra felix Insula Lerinen-

Joannes  
Raulinus  
vir docti-  
mus.

Sanc*t*e ex-  
tinguitur.

Ingenij  
monumenta-  
ta.

Iterum Re-  
divivis in  
suis Bene-  
dictis.

forma rinensis, parva [ à Strabone Planispha  
dieta ] sed plato schemate, formosa de-  
lectabilique, ac si pericolo quodam soler-  
tis industria Mazibri efformata foret,  
figura ovali, oblongaque, angulos habens  
acutos ad Orientem & Occidentem plagas po-  
sitos, duo vero latera Septentrionem, &  
meridiem respicientia. Hujus circuitus  
ad duo millia ascendit passuum, circumfu-  
so aere aperio & salubri, dulci gratoque  
aspectu per gyrum continentis portuum  
Civitatum Castrorum Montium vastisque  
maris gaudet: Aequoreis fluvialibusque  
Squamois pisibus abundans, ramosque  
arboribus ac arbustis, & omni fere plan-  
tarum sponte nascentium & satiarum ge-  
nere fertilis, & secunda aliis his suis  
que pinis tremulis trixophalibus, palmis,  
diferiuntur, inzubibus paciferis, oleis, nutribus lau-  
ris, quam solam non percutit fulmen, cypa-  
rifloris mastis, paphia, mytho redolente, infi-  
nitissime pendit, alijs arbustis Letis, genista,  
leniso, bracho cadie & herbis dries ful-  
get humus, semper vario vestita colore,  
& graso juviter odore florum spirans. Ha-  
bet autem medianam antiquissimam verum eti-  
am venerabilem curvam Orbi ac rotiva Sa-  
cella, & Monachorum Claustra silentia,  
inestque in ijsius Insulae medio, Ecclesia  
sancte D E I Genitrici solemniter di-  
cata. Tam Ecclesia maior sancto As-  
chislamini & primo suo Fundatori Ho-  
norato consecrata. His annexa manet  
Capella sancti Patriarche nostri Benedicti,  
juxta quas Claustrum & vetus Refecto-  
rium, omnia ex dolatis lapidibus. Car-  
ulla, ex gyrum insulae, via strata ad peregrino-  
rum solamen visitantium oratoria sanctissima  
& individuae Trinitatis, SS. Mar-  
tyrum Cypriani & Justinae, Beatisima  
Transfigurationis Domini Salvatoris no-  
stri J E S U Christi, S. Capraej Confes-  
soris, sancti Apostolorum Principis Pe-  
tri Lirinensem Protectoris, S. Porcari  
Abbatis & quingeniorum coque amplius  
Monachorum Martyrum, qui hanc  
Insulam proprio effuso cruento consecra-  
runt &c. Appellatur autem & ho-  
noratur haec Insula, ob insignem longo  
decursu saeculorum sanctorum il-  
lic degentium frequentiam, amplif-  
simis Titulis à sanctis Patribus, Hilario,  
Casario Areletensi, Sidonio, En-  
nodio, Honorato Massiliensi, Fausto  
Rhegiensi aliquisque: ut dicatur. & sit  
[intuentibus vitam aeternam] Acies in-  
structa Prælijs, Admirabilis consue-

tudo. Advearium mellis. Ara sacrificij.  
Beata Insula. Benedicta terra. Conse-  
crata habitatio. Commendata congre-  
gatio. Comprobata Institutio. Cami-  
nus humiliationis & agonis. Castra  
DEI. Celebranda tellus. Cohors San-  
ctorum. Desertum Lerinense. Dulcis  
locus. Dulce solamen. Domus DEI de-  
corata dedicata. Eremitorium Leri-  
nense. Exercitus sanctorum. Fœcun-  
da, felix, felicior, felicissima mansio.  
Fines Gallicani. Gloriosa Civitas. Hie-  
rusalem superna. Horrum Vitæ. Insu-  
la Lerinensis marina, sacra, plana,

*A sanctis  
Patribus  
laudata in-  
sula.*

*Florea san-  
ctissima in-  
sula.*

parva, latans, pollens, illustris, locu-  
plex, utilis. Ignotum exilium. Interior  
umbra & domus. Inimica adver-  
sario. Latebra sanctorum. Latibu-  
lura illuminatum. Mensa Christi.  
Mons Lirinensis. Mansio in Christo  
viventium. Nutrix Sanctorum. Na-  
vis Lirinensis. Ovile Dominicum.  
Porta Cœli. Palæstra. Eremitidis  
Congregationis. Paradysus terre-  
stris. Quies piorum. Religionis exem-  
plar. Secretum oportunum. Schola  
Christi. Stadium Insulanum. Sedes re-  
mora. Speculum sanctimoniorum. Sinus  
tranquillissimus. Templum sanctum.  
Mirabile Insulanum. Sacrum Mona-  
sterium. Umbraculum Monachorum.  
Mari simile, quod vivos retinet, mor-  
tuos reicit &c. Et hic deum, abje-  
ctissimo hoc saeculo, locus, suo resti-  
tutus splendori, haud immerito sibi  
redditus, alia quoque omnia in novum  
fervorem succedit. Excitato novo  
ibidem, imo primævo resuscitato spi-  
ritu, cooperantibus tot sanctorum il-  
lic sepulchorum milibus, qui in loci in-  
colis, reviviscere visi sunt, & locum  
de novo sanctis actibus consecrare.

Extrahitur Cœnobio alias rursum  
in Gallia Monachus, & Claromonta-  
na. Diœceseos celebri Cathedrae impo-  
nitur P. F. Jacobus de Ambasie [d'Am-  
boise] Cœnobiticam in gemmo illo  
Gemmeticensi profectus Archisterio,  
inde Abbas Cluniacensis illius sancto-  
rum Prompuarij felicissimai, optimè  
meritus, & plurimis jam honoribus,  
magna cum laude gestis, ac numeri-  
bus perfunctis gravissimis, qui vix  
adito Pontificatu, demererit Ecclesiam  
magno animo aggressus, nobile om-  
nino monumentum sui Regiminis sta-  
tuit, dum Cathedram exornans Basí-  
licam

*Jacobus de  
Ambasie  
Episcopus  
Claromont-  
anus.*

licam totam, plumbotexit, sibique  
subjectis multo nomine consulens, vi-  
tz cum p̄m̄is exemplo facem omnibus  
prætulit. Vid. Rerum Gall. Script.  
Claud. Rob. & alij.

I E S U C H R I S T I A N N U S M . D . X V I .  
Sancti Patris Benedicti M . X X X V I .

**M** Agnum omnino Sydus, &  
splendidissimum quidem, Ger-  
mania nostra extinguitur. Moritur,  
immortalis meritorum copia & felici-  
tate, Abbas noster Joannes Trithe-  
mius, vir saeculi hujus ingeniosissimus  
plane & eruditissimus; Benedictini  
Ordinis Zelator fidelissimus, Refor-  
mationis promotor præcipuus, stu-  
diorum Reformatioñ fôlertissimus, nun-  
quam sine reverentia nominandus.  
Is quantumvis à diversis & maximis  
Germania Principibus in familiam, &  
familiaritatem, etiam ambitiosissime  
& certatum expeteretur, Monastici tam-  
en Instituti tenacissimus, nec ab ip-  
so quidem sui longe amantisissimo Di-  
vo Maximiliano I. Imperatore Augu-  
sto persuaderi potuit, ut Aulam Cæ-  
faream, favoresque & gratiam tanti  
Cæsaris cellula sua præhaberet, hanc  
omnibus mundi divitijs & illecebris  
potiorem habuit, animitus dilexit, si-  
isque omnibus mirifice commendavit.  
Vir, quem merito suo, dignis hono-  
ribus ac titulis, nisi ipsius respuisset, &  
pro virili averfatus esset, Principes  
maximi evectum & exultum volu-  
ere, & Joachimus in primis Sacri Rom.  
Imperij Elector Brandenburgius extu-  
lit, dum in litteris ad ipsum datis, ita  
denique illum compellavit: Vale Ger-  
mania deus, totusque arca sapientie, mei  
memor ad DEUM, & amans, quia Te  
vehementer amamus. In ipso Reditu  
Spiritus. Benedictum, & primævum Ordinis re-  
fuscatum Spiritum, nemo dubitat ve-  
ritat, qui Commentarios ejusdem in Re-  
torum gual sermones in Generalibus Capi-  
Regulam. tulis habitos, & alia sacra scripta lege-  
rit, adeo omnia Divini Pneumatis di-  
cta referunt, ut in hoc genere in nul-  
lo maximis Ecclesia Doctoribus celli-  
se videatur adeo ponderose graviter  
simul & suaviter animos Religiosos  
afficit, ut revera non Hominis, sed Dei  
verba & dictata agnoscas, & merito tan-  
to post sepius Reformatissimis Cæno-  
bijs ad mensam, & alias magno cum

Joannes  
Tribemij  
obitus.

Honorum  
omnium  
contemp-  
tor.

Redivivus  
in ipso S.P.  
Spiritus.

Commen-  
torum

Fructu, summaque omnium admira-  
tione & approbatione audiantur. In  
Historicis non nemo arrogans quā  
prudentius tan to viro Fabulas impu-  
tans, ipse prudentioribus Factus Fabu-  
la, dignas temeritate poenas dedit. De  
ipso longè alter Gaspar Scioppius, ri-  
gidus cæteroquin, rerum censor, vir  
eruditissimus: Tribemio rellē fidem ha-  
beri, nemo equus & intelligens negaverit.

Nam is fuit vir gravissimus, & partim  
in regime Monasteriorum, partim in  
Theologicis & Philosophicis studijs, practi-  
pueque in arcans natura indagandis oc-  
cupans, ut cum commissariis no-  
vis Genealogijs nequaquam vacare posuisse  
platum sit. &c. Et paulo post: Non ego  
quidem, inquit, quaecunque in Historia  
scriptis Tribemius, vera esse, aut credo,  
aut aljs persuasum volo. Nam & ali-  
cubi eum dormitasse, aut osuisse, aliasq;  
res exesse agnoscō. & in loco aliena fides,  
simpliciter credidisse intelligo. Sed hæ hu-  
mana sunt, facieque veniam sibi ab om-  
nibus bonis inveniunt. Illud autem nul-  
lum excusationi locum relinquit, falsifican-  
tem volentem literis prodere, & auto-  
res; in quibus ea inveneris, comminisci:  
cujus culpe dicam, periculum non est, ne-  
quis Tribemio impingat, qui hominem ex  
libris suis, pernoverit. Plurimos enim Scrip-  
tores, qua sacros, qua profanos ab eo visos  
esse, ac lectos constat, quorum hodie nul-  
lum usquam vestigium inveniuntur postquam  
seculis Agricolaram, Lutéri doctrina  
effectorum, tumultibus, bene magnam Defendit  
Germania partem turbari, multaque Mo-  
nasteria & arces cum Bibliothecis, & ta-  
bularys suis, expilari, crevari, fundiri  
que everti contigi. Magne ergo, pergit,  
imperitis & iniquitatis est, siquid se Tri-  
bemius in veteribus, & idoneis ruram Au-  
toribus, legisse dicat, quod apud eos non  
extet qui hodie sunt in manibus, id conti-  
nuo falso & commentarium judicare &c.  
Idem ferventius alibi, contra proter-  
vius insultantem: Reliquum est, inquit,  
ut Tribemium ingenio ad singendum, &  
sarcinas lectoribus imponendas, natum,  
aut multo studio factum fuisse insimulet &c.

Hoc autem cui persuasurum se speret, ipse Magna in-  
viderit; quemadmodum etiam, quomodo iuria tanto  
hanc judicij sui temeritatem Christo Iudici  
probaturus sit &c. Ut hinc facile ani-  
madvertas, quanta temeritate manus  
in Christum Domini iuixerint scrip-  
tores & calumniatores illi, qui tantis  
nomi-

Fides &  
Auctoritas  
Tribemij.